UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Liberato [et] socijs martyribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶De ſanctis Liberato ⁊ ſociis martyribus. Cap. ccxxii.

Liberatus martyr cum vxore ⁊ filiis duobus ⁊ creſcentius preſbyter necnõ puer quidam annorum. vii. cuius nomen non exprimitur tẽpore perſecutiõis arriane ĩ aphrica paſſi ſunt. Nam primo infantulus iuſſu. Cyrille arrianorum epiſcopi a parentibus raptus matre poſt raptores conclamãte: vt ſe quoq ducerẽt: dum viua voce ſe catholicum profitetur in gurgitem demerſus eſt. Quod ⁊ de duobus filiis liberati medici factum eſt. Poſt hec liberatus ⁊ vxor detẽti ſeparatim in duobus carceribus miſſi ſunt. Cunq prius liberatum eductum in loco honorabili conſedere feciſſent: vxorem ſimiliter eduxerunt: ſuggerentes ei ꝙ vir ſuus conſenſerat arrianis. Que vbi ipm conſpexit in loco ſublimiori conſidentem: verum exiſtimans quod audiuit: ipſum de apoſtaſia duriſſime increpare cepit. Ille vero ſe catholicũ profitens hereticorum fallacias detexit. Quapropter ambo coniuges gladiis trucidantur. Creſcentius autem preſbyter tarzetane ciuitatis perſecutionem fugiens in ſpeleo quintini montis incluſus inedia defecit. Horum paſſio agitur x. kalendas aprilis. Hec aphricanus.

De ſancto Pygmenio preſbytero et martyre. Cap. ccxxiii.

Pygmenius preſbyter et martyr rome ſub iuliano apoſtata paſſus eſt. Hic iulianum eundem vna cum ſancto donato poſtmoduꝫ aretino epiſcopo et martyre a puero enutriuit: ⁊ ſacris litteris erudiuit. Iulianus autem poſt hec factus monachus chriſti fidẽ apoſtatauit: et diuina permiſſione procurante diabolo ad imperii apicem aſcendit: vnde chriſtianos vltra modum perſecutus eſt. Audiens autem ꝙ pygmenius corpora martyrum ſepeliret miſit eum in exilium in perſidem: vbi quadriennio demoratus cecitatem incurrit. Poſt hec in ſomniis diuinitus admonitus venit romã. Cũ autem vna cum puero ipſum deducẽte ſtipem petens cliuium ſacre vie conſcenderet: oſtendit baculo redaꝫ ceſaris tranſeuntis. Qui pygmenium videns ⁊ eius quodammodo cecitati cõgaudens ait. gratias diis ꝙ te video. At ille gratias inquit deo meo ꝙ non video. Quem mox imperator per poteſtatem in tyberim iactari fecit. Cuius corpus a chriſtianis collectũ in cimiterio ponciani ſepultum eſt: non longe a corporibus abdon ⁊ ſennẽ. ix. kal. aprilis.

¶De ſancto Murita martyre. Cap. ccxxiiii.

Murita diaconus et martyr cum pluribus aliis apud aphricã paſſus eſt. Qui cũ quendã elpidephoꝝ baptizaſſet: illeq poſtmodũ apoſtataſſet: ⁊ ad preſidis dignitatẽ perueniſſet: ab eodẽ tentus ſuaſus eſt: vt arrianoꝝ fidei cõſentiret. Cum autẽ murita non ſolũ ei cõſenſum prebere renueret: ſꝫ etiã ipm de apoſtaſia increparet: ⁊ veſtes cãdidas quas ei in baptiſmate dederat: reſeruatas ad eius confuſionẽ oſtenderet. Elpidephorus ira accenſus muritã cum pluribus clericis ceſos ⁊ nudos in exilium relegauit: vbi fame ⁊ inedia ac frigore cõſumpti martyriũ cõpleuerũt. xix. kalen. aprilis. Hec victor aphricanus.

¶De annũciatione beate Marie ſemper virginis. Cap. ccxxv.

Annunciatio dominica dicitur: qꝛ tali die ab angelo aduẽt⁹ filii dei in carnẽ virgini marie annũciatus fuit: videlꝫ. viii. kalen. aplis. Cum eñ virgo beata a tertio etatis ſue anno vſq ad. xiiii. in tẽplo cũ aliis virginib⁹ extitiſſet: ⁊ votũ virginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eaꝫ ioſeph deſponſauit dño reuelãte: ⁊ ioſeph virga frondẽte: ſicut in hyſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptẽbris. Et in bethleẽ vnde erat ioſeph neceſſaria ꝓuiſurus iuit: ipaꝫ q in nazareth in domo paterna dimiſit: vbi ad eã angel⁹ venit et eideꝫ verbi dei aduentũ nũciauit. ¶Circa hãc annũciationẽ ſex conſiderãda occurrũt: videlꝫ tpis opportunitas: miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas: vginis nũciũ ſuſcipientis ſeritatis: ⁊ annũciatiõis nouitas. ¶Primũ ergo conſiderandũ occurrit tpis opportunitas: qd fuit in mẽſe. vi. a cõceptione iohãnis baptiſte: que facta eſt. viii. kalen. octobris: vt p hoc detur intelligi ꝙ iohãnes fuit figura veteris teſtamẽti: vt dicit Aug. Cui⁹ aduentũ xpi aduẽtus ſequitur. vi. mẽſe: qꝛ in ſexta mũdi etate dñs incarnat⁹ eſt: ⁊ ſexta feria: ⁊ h. ¶Primo ꝓpter numeri pfectionẽ: qꝛ numer⁹ ſenarius ex ipſis ptib⁹ ſuis cõponitur: ſcꝫ. iii. ii. ⁊. i. nullo ſuperãte vel deficiente: vt p hoc pfectio ipſius incarnationis denotetur: in qua cõcurrunt tria: ſcꝫ eterna diuinitas: anima de nouo creata: et caro ab adã traducta: ⁊ due nature: ſcꝫ diuinitas ⁊ humanitas: ⁊ hec cõſtituũt vnã pſonã xpi. ¶Secũdo ꝓpter hoïs formationẽ. Nam ſicut Adam primus ſexta feria de terra virgine format⁹ eſt: ſic et adã ſecũdus qui eſt xps de femina vgine incarnatus: ⁊ eodẽ die anni ad lram: vt qdã tradunt: quod eſt. viii. kalẽ. aprilis primi ⁊ ſecũdi